



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod non debet dici Deus multiplex. K

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

De^o: quia singularitas vel solitudo personarū pluralitatem excludit, & diuersitas vnitatē essentiaē tollit. Diuersitas inducit separationē diuinitatis, singularitas adimit distinctionē Trinitatis. Ideo Ambr. in 2. lib. de fide ait: Non est diuersa nec singularis æqualitas, nec iuxta Sabellianos, patrē filiumq; confundens: nec iuxta Arrianos, patrem filiumq; secernens. Pater n. & filius distinctionem habent, separationem vero non habent. Item in eodem, Pater & filius diuinitate sunt vnum, nec est ibi substantiæ differentia, nec vlla diuersitas: alioquin quomodo vnū Deū dicimus? diuersitas n. plures facit, Constat ergo ex prædictis, quia in Trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in scriptura inuenitur dictum, tres diuersæ personæ, & huiusmodi diuersas dicit distinctas.

Ca. 2. in fine

Ambr. ca. 2.º

in medio

l. 1. de fide

Quod non debet dici Deus multiplex. K

ET sicut in Trinitate non est diuersitas, ita nec multiplicitas. & ideo nō dicend^o Deus multiplex, sed trinu^o & simplex. Vnde Ambr. in lib. 1. de fide ait: Est in patre & filio nō discrepans, sed vna diuinitas: nec confusum quod vnum est, nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex itaque Deus non est.

Lib. 1. de fide

ca. eodem

secūdo par-

lo superius

QUID SIGNIFICETVR HIS NOMINIBUS vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctio vel distincte, cum his vtimur de Deo loquendo.

HIC diligenter inquiri oportet, cum in Trin. nō sit diuersitas vel singularitas, nec multiplicitas vel solitudo, quid significetur his nominibus, scilicet vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distin-

Quid signi-

fietur per

nomen nu-

merale cū lo-

quitur de

diuinis.

Etæ